



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 46. Error Joachimi Abbatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. cut etiam vocem, *Consubstantialis*, in  
A. C. 1215. Concilio Niceno consecratam, ad My-  
sterium Trinitatis explanandum. At ve-  
ro, bene notaveris, Lector, Ecclesiam  
*Sup. Lib.*  
*LXI. §. 22.* omni tempore substantiæ mutationem  
*Sup. Lib.*  
*LXII. §. 18.* credidisse. Quæ res ultimo loco in Scriptis Lanfranci & Guimundi contra Be-  
rengarium diserte asseritur.

Amplius in Concilio Lateranensi lo-  
gimus: *Sacramentum Baptismi*, ad in-  
vocationem individuæ Trinitatis a quo-  
cunque in forma Ecclesiæ collatum, tan-  
tum infantibus quam adultis ad salutem pro-  
ficit. Si post susceptum Baptismum quel-  
quam prolapsus fuerit in peccatum, per  
veram pænitentiam semper potest repa-  
rari. Non solum Virgines & Con-  
tinentes, verum etiam conjugati, per se-  
dem & bona Opera, Deo placentes, ad  
æternam Beatitudinem merentur perse-  
nire. Hæc omnia adversus Albigen-  
sium corruptam doctrinam directa di-  
gnoscuntur.

### §. XLVI.

#### Error Joachimi Abbatis.

c. 2. In Capitulo secundo. *Dannamus Tri-*  
Lib. I. dist. *Etatum, quem Abbas Joachim contra*  
5. 3. *Magistrum Petrum Lombardum edidit,*  
*de Unitate seu Essentia Trinitatis, op-*  
*pellans ipsum Hæreticum & insanum,*  
*quod dixerit in suis sententiis, quamad-*

summarum Rem esse Patrem & Filium & Sæcul. XIII.  
 Spiritum Sanctum, nec generantem, nec A.C. 1215.  
 genitam, nec procedentem. Unde Joa-  
 cbimus afferit, quod ille non tam Trini-  
 tatem, quam Quaternitatem in Deo ad-  
 witteret, nempe tres Personas & illam  
 communem Essentiam, & affirmat, uni-  
 totatem Personarum non esse propriam &  
 veram sed solummodo unitatis similitudi-  
 nem, quemadmodum multitudo Creden-  
 tium cor unum & anima una fuisse  
 dicitur, & cum Iesus Christus de Fi- Act. 4. 32.  
 delibus ad Patrem suum dicit: Volo Pa- Jo. 17. 22. 23  
 ter, ut sint unum in nobis, sicut &  
 nos unum sumus. Nos vero, inquit hic  
 Innocentius Papa, Sacro & Universali  
 Concilio approbante, credimus & confi-  
 temur, quod una quædam suprema\* Res\* Divina  
 est, quæ est Pater, Filius & Spiritus San-  
 chus. Nec ideo in Deo Quaternitas in-  
 est, quia quælibet trium Personarum est  
 illa Res, videlicet substantia, Essentia, seu  
 Natura divina, quæ sola est universorum  
 principium. Et infra: Isto tamen De-  
 creto, in nulla re Monasterio Florensi,  
 cuius ipse Joachim extitit Institutior, de-  
 rogari volumus, quoniam ibi salutaris  
 Disciplina viget, maxime cum Joachim  
 mandaverit, omnia Scripta sua nobis as-  
 signari, Apostolicæ Sedis judicio appro-  
 banda seu etiam corrigenda, ac etiam per  
 Epistolam, cui manu sua subscrispsit, se  
 Fidem

Sæcul. XIII. *Fidem Romanæ Ecclesiæ tenere professam*  
A. C. 1215. est.

Hæc Epistola Joachimi Abbatis homine dieque extat, atque anno millesimo ducentesimo data est, quam loco testamenti

*sui ab omnibus haberi cupit. Tum Pa-*  
*inquis. par. i pa subjugit: Reprobamus etiam & do-*  
*c. 2. p. 5. mnamus Doctrinam Amalrici, cuius me-*

*tem sic Pater mendacii excæcavit, ut*  
*eius Doctrina non tam Hæretica quam*

*insana censenda sit. De Joachimo Abba-*  
*te satis suo loco scripsisse mihi video.*

*Amalricus vero ille ipse erat Hæreticus,*  
*ante annos octo decemve Parisiis da-*

*matus.*

*Sup. Lib.*  
*LXXV.*

*§. 40.*

*Sup. Lib.*  
*LXXVI.*

*§. 55.*

### §. XLVII.

#### *Decretum contra Hæreticos.*

In tertio Canone Concilii Lateranensis Anathema dicitur omni Hæresi, quæ Fidei Professioni, superius positæ, adver- saretur, quounque demum nomine illa censeretur. Unde iterum ista Fidei expositio illius ætatis erroribus objecta fuisse cognoscitur. Concilium de hisce Hæreticis subjugit: *Damnati sæculari potestati plectendi relinquantur. Clerici prius de gradu suo dejiciantur. bona Laicorum ærario Principis addicatur, Clericorum autem applicentur Ecclesiæ, a quibus stipendia percepereunt.*

*Qui inventi fuerint sola Hæresis suscipione notari, nisi propriam innocentiam*